

rosolymis stupefacta, eos admirari & venerari vi-  
sa est) extitisse in Syria & Iudæa præsertim credi-  
derim, veluti circa annum à Christo passo 400. que  
fuit ætas monachorum fœcundissima, ut scribit So-  
crat.libro 6.cap.7. Tunc enim certatim quisque in  
precio hæberi studuit, & monachi nouas in dies  
professionis regulas excogitare cœperunt. Vnde  
<sup>synaxis</sup> & Armentarii monachi exorti. Memine-  
runt verò ante hæc tempora Hieronymus & Ege-  
sippus festi Nudipedalium, sed illud inter Iudæos  
obseruabatur mense septimo. Meminit etiam Ter-  
tullian. in Apologet. cap. 40. sed ab ethnicis fie-  
bat. Ut hi hæretici nihil aliud quām veterem Ju-  
daismum & Paganismum coniunxisse inuexissent  
dici possint, & in iis ipsis rebus Christianam pie-  
tatem collocasse, quod planè blasphemum est. Hac  
tamen hæresin hodie profitentur cordigeri & Frá-  
ciscani, qui dicuntur superbè Maioris obseruan-  
tię. Sed superstitione nihil pensi hæbet, modò se suā-  
que tueatur & commendet hominibus. Verba ve-  
rò Tertulliani sunt hæc, Denique cùm ab imbri-  
bus estiuia, hyberna suspendunt, & annus in cure  
est, vos quidem quotidie pasti, statimque pransuri  
balneis & cauponis & lupanaribus operati, Aquili-  
cia Ioui immolatio, Nudipedia populo denuncia-  
tis, &c. Quæ omnia pulchrè cum monachorū mori-  
bus conueniunt. Sed ad alios notiorésque hæreti-  
cos transeamus.

## CAP. LXIX.

Donatistæ siue Montenses vnde primūm orti. Quos suæ se-  
ctæ vel defensores vel schismaticos habuerint. Cir-  
cancelliones qui fuerint. Denique Dona-  
tistarum erroris capita tria.

aa iiij.